factus est semetipsum relinquid. Si luxoriosus quisque adcon
tinentiam uitam abnegauit utique quod fuit; Si auarus quis
que ambire iam desiit et largire didicit propria qui prius ali
ena rapiebat. procul dubio semetipsum reliquid; Ipse quidem est
per naturam sed non est ipse per malitiam; hinc enim scriptum
est; Verte impios et non erunt; Conuersi namque impii
erunt. Non quia omnino non erunt in essentia sed quia et
non erunt in inpietatis culpa; Tunc ergo nos metipsos re
linquimus tunc nos metipsos abnegamus. Cum uitamus
quod per uetustatem fuimus. et ad hoc nitimur quod per nouita
tem uocamur; Pensemus quomodo se paulus abnega
uerat qui dicebat; Viuit autem iam non ego. extinctus
quippe fuerat seuus ille persecutor. et uiuere ceperat
predicator pius; Si enim ipse esset pius profecto non esset;
Sed qui se uiuere denegat. Dicat unde est quod sancta uerba
per doctrinam ueritatis clamat. protinus subdit; uiuit uero
in me xps; Ac si aperte dicat; ego quidem a me ipso extinctus
sum quia carnaliter non uiuo. sed tamen essentialiter mortuus
non sum. quia in xpo spiritaliter uiuo, dicat ergo ueritas
Si quis uult post me uenire abneget se ipsum. quia nisi quis a semet
ipso deficiat. ad eum qui super ipsum est non adpropinquat; nec ualet.
adprehendere quod ultra ipsum est si nescierit mactare quod est;
Sic olerum plante transponuntur ut proficiant. atque ut ita dixe
rim eradicantur ut crescant; Sic rerum semina in terrae
admixtione deficiunt; ut in reparatione sui generis uberius
adsurgant; Vnde enim uidentur perdidisse quod erant in
de incipiunt hoc apparere quod non erant; Sed iam quia se au
tis abnegat. exquirendum uirtutes sunt in quibus crescant; Nam
cum dictum est. qui uult post me uenire abneget semetipsum.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0088